

*Sum. v. Indulg. n. 14.* & alii neoterici docti. Hujus rationem reddidit *Emm. Sa.* quod cepta semel causa, maneat delegati potestas, donec ex causa terminetur. At quando penitens tempore jubilei factus est ad comparandum, quamvis confessionem perfectur, quasi cepta maneat causa quoad omnes casus praeteritos concessos in eo jubileo, tam quoad abolitionem, quam quoad dispensationem. Ergo quodcumque in mentem venerint, potest confessor tanquam causam prosequens absolvere ab illis, aut in illis dispensare. Sed haec ratio corrumpit. Quia licet potestas delegati quoad negotia cepta non cesset delegantis morte, *cap. Licet undique, de offic. deleg. at quando ad praerogativam terminata concessa est, finitur omnino transacto termino etiam quoad res inceperat, nisi terminus praefixus ante ejus transitum communi partium consensu prorogetur.* Ut expressit deciditur *cap. De causis, de offic. deleg.* Potestas ergo ea concessa confessorio pro jubilei tempore, & finita tunc confessione, expirat prolixo ut transacto. Quare id fundamentum tantum potest habere verum, quando intra jubilei tempus cepta est confessio: & ex causa contententibus confessario, & penitente, differtur aliqua confessionis pars, aut abolitio. In quo etiam causa id fundamentum asserunt *idem Emm. Sa. ibid. de Enriq. lib. 7. de indulg. c. 11. n. 3.* Quia tunc prorogatur jurisdictione ad partem concessa, Unde legitima ratio est; quamvis opera in jubileo praescripta ad ejus affectum non alligantur tempore designato in eo, ita ut eo tempore transacto fieri nequeant nisi factis in illo tempore, consequens jubileum comparat privilegium, ut absolvatur ab omnibus reservatis, & in quibusdam secum dispensatur, & ut commutentur ei vota usque ad jubilei tempus emissa. Quod utique privilegium tempore certo astrictum non est. Ut constat ex jubilei tenore *no. praec. relato, qui sola opera temporis alligavit.* Sicut si Pontifex eroganti adeo ut possit ab illo a quocumque confessorio potestae absolvi *Suar. 4. to. ubi de confessione, disp. 31. sect. 4. n. 23.* ait esse valde probabile manere reservationem: atque in hanc partem magis inclinari, quippe cum privilegium hoc ratione consecutionis jubilei concessum sit non videtur penitens eo privilegio posse frui, in quo ad effectum tempore jubilei perducta non sunt, quales est ablatio reservationis peccati oblii. Hoc enim peccatum non est confessio: sed oblii: & ideo ex hac parte non est ablata reservatio (non enim ad id sufficit absolutio indirecta ab illo: ut probavit *no. 17.*) Neque alia via satisfactio est intentioni Pontificis reservantis: cum hic jubileum consecutus non sit, cuius virtute reservatio peccati oblii extingenda erat. Sed merito *idem Suarez ibi n. 24.* ait esse probabile extingui reservationem (quod ego probabilis existimo.) Quia cum confessio illa valida fuerit, (ut supponimus) confessor absolvens directe a peccatis confessus, & indirecte ab obliis virtute jubilei, intendit omnino auferre reservationem: cum abolvat in quantum potest, & revera potest. Non est ergo cur dicamus eam reservationem reviviscere, non obtemo potest jubileo. Quamvis enim possit aliquis dicere effectum auferendae reservationis tanquam non sacramentalem posse dependere a futuro eventu: at sic dependere nulla ratione sufficit; cum nil sub futuri eventus conditione concedatur in jubileo. Et ita *idem Manuel 1. to. sum. in 2. edit. cap. 184. n. 15.* Hoc tamen intelligi, si aliquis confessionem tempore jubilei praemiserit penitens: fides si nullam praemiserit, eo quod non haberet conscientiam culpae lethalis. Quia non est ablata reservatio illa nisi per abolitionem sacramentalem tempore jubilei factam, aut eo transacto virtute ejus faciendam. Ad nulla tempore jubilei facta est, nec eo transacto impendi potest. Quia privilegium vim non habet, eo quod jubileum non est comparatum. Et confirmo. Quia jubileum non auferit ipso facto reservationem causam, sed confert facultatem confessorio auferendi media abolitione, quae tunc non est impena, nec modo impendi valet.

Si vero loquamur de votis tempore jubilei commutatis, quidam censent ea non manere vere commutata, si postea jubileum non obtineatur. Quod cum commutatio illa possit licite fieri sub conditione futuri eventus consecutionis jubilei, utpote, quae sacramentalis non est, sic videtur concessa a Papa. At probabilis est manere vere commutata. Quia eodem tenore absolutio, ac nulla conditione posita, conceditur in jubileo absolutio a reservatis, & votorum commutatio. Ergo cum semel legitime facta fuerit, ac subinde extincta prioris voti obligatio, non est dicendum postea votorum obligationem reviviscere, non obtemo jubileo. Et ita sentiunt *Enriq. utroque loco, Emm. Sa. Vivald. alleg. n. 20. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 184. n. 15.* Ad idem credo de ceteris dispensationibus virtute jubilei factis, & eadem rationem. Et idem dicendum est, quando confessorius tempore jubilei commutari votum, non praescribens opera subrogata, sed ea a se vel ab alio postea praescribenda remittens, etiam si voti commutari non fuerit conficius confessorius, sed generaliter commutari omnia vota usque tunc emissa a penitente, in quantum potest virtute jubilei. Quia vere facta est commutatio tempore jubilei, ut diximus *no. 15.*

At si tempore jubilei nulla commutatio voti oblii facta est, non poterit postea eo non obtemo frui. Actio cum vere id votum commutatum non sit, nec circa illud aliqua actio virtute jubilei exercita, & quando commutandum est, non extet privilegium, eo quod jubileum non sit comparatum, nullatenus poterit commutari. Sed

V. Difficultas est. An si hic absolutus est a reservatis, ac votorum commutationem virtute jubilei, quod lucrari intendebat, obtinuit, illud postea non lucratur, maneat liber a reservatis, a quibus absolutus est, & a votis commutatis? Et si vere cum non intendebat lucrari, manifestum est a neutro eum liberum manere. Quod Papa jubilei privilegia minime concedat, nisi in ordine ad illud obtinendum. Non ergo iis gaudebit, qui nequaquam illud obtinere intendit. Quando autem tempore abolitionis intendebat lucrari, & postea vere non lucratus est, affirmant quidam hunc reincedere in priusnam casum reservationem. Quod absolutio ab iis tacitam habeat conditionem, si postea jubileum obtineatur, virtute quibus impensa est. Sic *Angles Floribus 1. p. ubi de confes. q. 3. a. 5. diff. 4. Man. in Bulla Cruciat. §. 2. n. 8.* & alii neoterici, quos tacito nomine refert *Corduba sicut alleg.* At verus est, reservationem non reviviscere, id manere illum vere absolutum. Quia quamvis ea absolutio impedita fuerit in ordine ad futuram jubilei consecutionem, at non dependet ab ea, ut a conditione de futuro, sic enim absolvere nefas est. Nec absolutio illa a censuris data est ad reincedendam. Id enim jubileum non explicat, & quando id Pontifex intendit, solet exprimere. Ut constat ex *c. Eos, qui de sent. excomm. in 6. Et ideo hanc partem videtur expresse tenere Navar. sum. c. 26. n. 12.* Et expresse tenent *idem Navar. Miscell. 93. de orat. n. 2. Corduba sum. q. 21. Enriq. lib. 6. de penit. c. 16. n. 6. §. 7. de indulg. c. 12. n. 4. Suar. 10. 4. ubi de confes. disp. 31. sect. 4. n. 5. & laetius tit. 5. de censur. disp. 7. sect. 5. a. n. 30. usque ad 34. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 184. n. 15. Vivald. eandem lacram. 3. p. c. 14. n. 59. §. 60. Hugol. de censuris, tab. 1. c. 10. §. 4. n. 4. Grassi 1. par. decif. 15. c. 15. n. 37. Emm. Sa. sum. v. Absolutio, n. 19.*

Sed dubitari potest, an si in ea confessione alicujus reservati oblitus sit, extincta sit reservatio, adeo ut possit ab illo a quocumque confessorio potestae absolvi *Suar. 4. to. ubi de confessione, disp. 31. sect. 4. n. 23.* ait esse valde probabile manere reservationem: atque in hanc partem magis inclinari, quippe cum privilegium hoc ratione consecutionis jubilei concessum sit non videtur penitens eo privilegio posse frui, in quo ad effectum tempore jubilei perducta non sunt, quales est ablatio reservationis peccati oblii. Hoc enim peccatum non est confessio: sed oblii: & ideo ex hac parte non est ablata reservatio (non enim ad id sufficit absolutio indirecta ab illo: ut probavit *no. 17.*) Neque alia via satisfactio est intentioni Pontificis reservantis: cum hic jubileum consecutus non sit, cuius virtute reservatio peccati oblii extingenda erat. Sed merito *idem Suarez ibi n. 24.* ait esse probabile extingui reservationem (quod ego probabilis existimo.) Quia cum confessio illa valida fuerit, (ut supponimus) confessor absolvens directe a peccatis confessus, & indirecte ab obliis virtute jubilei, intendit omnino auferre reservationem: cum abolvat in quantum potest, & revera potest. Non est ergo cur dicamus eam reservationem reviviscere, non obtemo potest jubileo. Quamvis enim possit aliquis dicere effectum auferendae reservationis tanquam non sacramentalem posse dependere a futuro eventu: at sic dependere nulla ratione sufficit; cum nil sub futuri eventus conditione concedatur in jubileo. Et ita *idem Manuel 1. to. sum. in 2. edit. cap. 184. n. 15.* Hoc tamen intelligi, si aliquis confessionem tempore jubilei praemiserit penitens: fides si nullam praemiserit, eo quod non haberet conscientiam culpae lethalis. Quia non est ablata reservatio illa nisi per abolitionem sacramentalem tempore jubilei factam, aut eo transacto virtute ejus faciendam. Ad nulla tempore jubilei facta est, nec eo transacto impendi potest. Quia privilegium vim non habet, eo quod jubileum non est comparatum. Et confirmo. Quia jubileum non auferit ipso facto reservationem causam, sed confert facultatem confessorio auferendi media abolitione, quae tunc non est impena, nec modo impendi valet.

Si vero loquamur de votis tempore jubilei commutatis, quidam censent ea non manere vere commutata, si postea jubileum non obtineatur. Quod cum commutatio illa possit licite fieri sub conditione futuri eventus consecutionis jubilei, utpote, quae sacramentalis non est, sic videtur concessa a Papa. At probabilis est manere vere commutata. Quia eodem tenore absolutio, ac nulla conditione posita, conceditur in jubileo absolutio a reservatis, & votorum commutatio. Ergo cum semel legitime facta fuerit, ac subinde extincta prioris voti obligatio, non est dicendum postea votorum obligationem reviviscere, non obtemo jubileo. Et ita sentiunt *Enriq. utroque loco, Emm. Sa. Vivald. alleg. n. 20. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 184. n. 15.* Ad idem credo de ceteris dispensationibus virtute jubilei factis, & eadem rationem. Et idem dicendum est, quando confessorius tempore jubilei commutari votum, non praescribens opera subrogata, sed ea a se vel ab alio postea praescribenda remittens, etiam si voti commutari non fuerit conficius confessorius, sed generaliter commutari omnia vota usque tunc emissa a penitente, in quantum potest virtute jubilei. Quia vere facta est commutatio tempore jubilei, ut diximus *no. 15.*

At si tempore jubilei nulla commutatio voti oblii facta est, non poterit postea eo non obtemo frui. Actio cum vere id votum commutatum non sit, nec circa illud aliqua actio virtute jubilei exercita, & quando commutandum est, non extet privilegium, eo quod jubileum non sit comparatum, nullatenus poterit commutari. Sed

14. Sed dabitur, an hic qui jubileum obtinere intendens, obtinuit virtute illius abolitionem a reservatis, & votorum commutationem, reus sit culpae, si postea mutata voluntate illud non comparet? *Suar. 4. p. ubi de penitentia, disp. 31. sect. 4. n. 5.* ait se probabiliter excusare gravem esse culpam. Quod id sit contra generaliter pactum includum in eo beneficio recepto. Nam absolvens, ac commutans virtute jubilei, censetur imponere onus exequendi necessaria ad ejus consecutionem: ideoque est tanquam penitentia inducitur, & acceptata in satisfactioem pro talibus culpis. Verum quamvis hoc probabile sit, probabilis tamen credo nullam esse culpam. Quod alius relatus *fulmin. l. i. disp. 43. n. 9.* Quod nulla ratione probetur id propositum transire in pactum, vel esse penitentiam acceptatam.

15. Ultima difficultas est. An haec commutatio votorum virtute bullae vel jubilei debeat necessario audita confessione sacramentali fieri? Quibusdam videtur id exigi quando virtute bullae Cruciat. fit commutatio. Quod flos Confessorio approbato ab Ordinario, & electo ab habente bullam, haec facultas committatur. Item quia haec facultas conceditur in ordine ad internam, ac bonam animi dispositionem. Solum ergo datur intra penitentiae Sacramentum. Sic a fortiori tenebantur omnes, qui censent non posse abolitionem ab excommunicatione virtute bullarum impendi extra confessionem. Atque in propriis terminis docent *Manuel in Bulla Cruciat. §. 9. num. 113. reg. 9. Lud. 2. p. instr. ubi de clavibus, c. 9. col. 9. Vega 2. sum. c. 129. col. 34.* At multo probabilius est, non esse opus confessione. Quod bulla indulgens id privilegium non dicat, auditis confessionibus. Nec rationes contrariae id exigunt probant. Petitur enim in bulla, ut commutatus vota sit Confessor approbatus ab Ordinario, non quasi necessario sit confessionem auditus: sed quia praesumitur vir doctus, nec modica scientia desideratur ad hanc commutationem, quae in rem aequalem est facienda. Nec hanc facultatem concedi in ordine ad internam, ac bonam animi dispositionem, arguit concedi flos intra confessionem, sed tantum non concedi pro foro externo sed pro solo interno conscientiae. Atque hanc partem sustinebant, qui censent abolitionem ab excommunicatione posse impendi virtute bullae extra confessionem. Et in propriis terminis tenent *Enriq. l. 7. de indulg. c. 30. n. 6.* & tanquam probabile *Manuel 2. r. sum. c. 99. n. 6.* & fere expresse tenet *Sorus 17. de iustit. q. 4. art. 3. col. 9. vers. Post haec de privilegio, ubi ait dispensationem voti nil ad forum penitentiae pertinere, sed esse distinctam facultatem, quam Pontifex suscipiens bullam concedit. Major difficultas est, an sit necessaria confessio, quando virtute jubilei fit commutatio? Quia in eo dicitur, auditis confessionibus: ut constat ex ejus clausula relata n. 1. At credo etiam tunc non esse necessariam confessionem. Ut loquentes de privilegio religiosorum, in quibus est eadem clausula, sustinebimus disp. seq. nult. Et ibi contrariis satisfaciemus.*

DISPUTATIO XVI.

Quid possit fieri per religiosorum privilegia circa commutationem votorum castitatis, & religionis, ac aliorum, quae matrimonio obstant, eorumque dispensationem, ac petitionis debiti ratione voti, affinitatis, vel cognationis spiritualis conjugii interdicitur?

SUMMARIUM.

- 1. Proponuntur privilegia religiosorum circa commutationem, & dispensationem votorum, n. 1.
- 2. Explicatur quando concedatur commutatio, aut dispensatio circa vota castitatis, aut religionis, & alia matrim. obstantia, per privilegia religionis, & quando denegatur, 2.
- 3. An possit religiosus dispensare in voto castitatis ante matrimonium, ad petendum debitum, 3.
- 4. Quid, si nudaum est matrim. consummatum, num. 4. Et ibi, quid de priori biniistri, vel si alter in adulterium incidat.
- 5. Quid, si votum castitatis est emissum post matrimonium, 5.
- 6. Quid, si sit votum religionis, & non sit consummatum matrimonium, 6.
- 7. Quid, circa juramenta absoluta, aut conditionalia religionis, aut castitatis, 7.
- 8. An possit religiosus dispensare ad petendum debitum, quando affinitas post matrimonium contracta est, 8.
- 9. Quid, quando cognatio spiritualis, 9.
- 10. An haec facultas religiosorum commutandi, aut dispensandi intelligatur cum solis Judaeis Episcopo dicepsi in qua sunt, num. 10.
- 11. An haec commutatio, vel dispensatio sit facienda in confessione, 11.

1. Praemittendum est, quae privilegia habeant circa hoc religio- si? Paul. III. concessit religiosis Soc. Jesu facultatem commutandi vota his verbis: *Conceditur facultas quoruncumque undecumque ad nos venientium confessiones audienti; & confessionibus diligenter auditis, ab omnibus peccatis etiam Sedi Apostolicae reservatis, & a quibusvis ex ipso casibus resultantibus sententis, censuris, & penis, exceptis contentis in Bulla aene, absolventi, nec non in vota commutandi.* Et Gregor. XIII. ann. 1575. in sua bulla in favorem Soc. Jesu concessa, Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.

incipienti, *Ad perpetuam rei memoriam, deest Roman. Pontificem, hoc privilegium extendit ad vota jurata, his verbis: Insuper facultatem alias presby. Soc. praedictae a Sede Apostolica concessam commutandi vota, etiam ad jurata, dummodo commutatio hujusmodi in alterius praedictum non fiat, extendimus.* Et P. N. Generalis in compend. nostrorum priv. Commutatio, §. 1. communicat totam hanc facultatem omnibus Confessoribus e Soc. Jesu a superiore deputatis, & ab Ordinario juxta formam Tridentini approbatis. Excipiuntur autem in praedicta facultate Pauli III. quinque vota reservata, his verbis: *Vota quaecumque, ultramarinis, visitationis liminum B. Petri & Pauli de Urbe, ac S. Jacobi in Compostella, nec non religionis, & castitatis, votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi.* Quare constat hoc privilegium quodammodo esse amplius, & quodammodo strictius, quam privilegium commutandi vota concessum in Bulla Cruciat. vel jubileo: Amplius enim est, quia in bulla non conceditur facultas commutandi in quaecumque pietatis opera, sed in subsidium belli (ut disp. praec. n. 1. explicamus.) Insuper nec in bulla, nec in jubileo conceditur facultas directa circa juramenta, sed indirecte ex facultate concessa circa vota ea facultas deducenda est: unde videtur eorum privilegium nil poterit Confessorius, quando adest expressum votum, & juramentum, nisi in quodam casu (ut diximus disp. 2. n. 23.) nec circa juramenta, quando vota ejusdem materiae non conceduntur per ea privilegia (ut diximus disp. praec. n. 11.) At virtute hujus privilegii possunt religiosi e Soc. Jesu commutare vota in quaecumque opera pia: possunt etiam directe commutare juramenta, & quando expresse ad sint etiam vota, poterunt utrumque vinculum commutare. Et quamvis votum alicujus materiae non concedatur in hoc privilegio, sed quidem vota excipiuntur, poterunt commutare juramenta ejusdem materiae in casu quem n. 7. explicabo. Est autem strictius, quia in hoc excipiuntur quinque vota: at (ut disp. praec. n. 1. diximus) in jubileo sola duo excipiuntur, nempe, castitatis, & religionis: & in bulla ultra haec duo votum peregrinationis Hierosolymitanarum. Circa facultatem autem dispensandi circa vota Ianoc. VIII. concessit mendicantibus posse dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, exceptis peregrinationibus ultra duas dietas. Quod privilegium refert *Sorus in comp. priv. mendic. v. Absolutio, quoad seculares, n. 12.* & *Manuel in expol. Cruciat. §. 9. n. 141.* dicens has duas dietas esse viginti leucas. Quamvis in sum. 2. c. 100. n. 3. dicit esse quatuordecim leucas. Sed credo esse errorem typographi, quia refert lic ad praedictum §. Bullae, ubi ait esse viginti leucas. Quod idem ajunt *Rebus. de priv. secul. priv. 161. Azebedo alios referens l. 1. recop. regie t. 7. l. 10. n. 2.* Sed amplius hoc privilegium dispensandi circa vota concessum est. Ut constat ex compendio priv. Soc. Jesu v. Dispensatio, §. 10. ubi sic dicitur, *per facultatem Benedictini concessam a Magistro V. possunt ipsi Confessores deputati dispensare in votis etiam Episcopo reservatis.* Ubi P. N. Generalis ait hanc facultatem communicari omnibus superioribus, & aliis Confessoribus, quibus ipse eam commiserit.

Hoc ergo praemisso, ratio suadens nil posse religiosus Soc. Jesu virtute hujus privilegii circa vota castitatis, & religionis commutanda, est eadem, quam disp. praec. n. 2. proponimus, ad probandum non posse Confessorium per bullam vel jubileum. Sed ut ibi dixi n. 3. aperta mens Pontif. est, in eo solo casu haec vota excipere, in quo nequit circa ea Episc. dispensare. Et ideo possunt commutari per hoc privilegium ea omnia vota, quae disp. praec. n. 4. §. 6. 7. 8. 12. 14. diximus per bullam vel jubileum. Quia eodem profertus tenore exceptio fit votorum castitatis, & religionis in hoc privilegio, quo in bulla, ac in jubileo. Et difficultas, quae ibi est circa commutationem voti priorioris religionis in laxiorem virtute bullae, ceisat in hoc privilegio: sicut, ibi diximus cessare in jubileo. Quia hoc privilegium sicut, & jubileum concedit commutationem in quavis opera pia. Et ita loquentes de votis penalibus religionis, & castitatis, posse ea virtute hujus privilegii commutari casu quo potest in eis Episcop. dispensare, tradunt *Cordub. sum. q. 152. Manuel in Bulla Cruciat. §. 9. n. 124. & q. regul. l. 1. q. 63. disp. 7. Vega 1. tom. sum. c. 192. col. 114.* Imo & in his votis penalibus ait bene *Corduba* posse religiosus dispensare virtute privilegii citati n. praec. Cui addo in omnibus casibus dictis, in quibus possunt ea vota commutare, posse quoque eos dispensare. Cum privilegium sit ad dispensandum in omnibus votis Episcopo concessis. Quod eo vel maxime verum est, quia haec privilegia commutandi, & dispensandi sunt large interpretanda, utpote religionis concessa. Juxta dicta disp. 1. n. 13. Et non tamen erga penitens indeterminate, juxta disp. 1. n. 6. Non tamen poterunt commutari haec vota, nec poterit in eis dispensari virtute dictorum privilegiorum, quando Episcopus in eis ratione solius necessitatis potest dispensare. Ut diximus loquentes de privilegio bullae, & jubilei disp. praec. n. 10. & ibi probavimus.

Insuper provinciales mendicantium habent privilegium, ut possint concedere suis Confessoribus approbatis juxta Tridentini normam, auctoritate dispensandi ad petendum debitum, cum his, qui ante matrimonium castitatem voverant. Hoc enim his concessit S. Pius V. viva voce oraculo. Ut testatur *Veracr. 1. p. Speulli, art. 15. Paulo ante dub. 2. Corduba sum. q. 36. p. 2. Palacios 4. disp. 32. disp. 2. col. 17. vers. Suffragatur communi placito, Manuel in bulla, §. 9. num. 145. & 1. tom. sum. 2. edition. cap. 243. numer. 14. & 9. regul. 1. tom.*

11. q. 63. 2. art. Enrig. l. 12. de matrim. c. 9. Et in nostris privilegiis, v. Dispensatio, §. 9. idem privilegium refertur: & addit P. N. Generalis id privilegium communicari provincialibus, & aliis Confessariis, quibus per se vel alios id commiserint.

4. Refringunt autem quidam, ut intelligatur hoc privilegium, quando votum castitatis, matrim. inuit, & consummavit, secus si nondum consummavit, non enim poterit cum eo dispensari ad petendum debitum, virtute hujus privilegii. Dicitur, quia hic tenetur ingredi religionem. Item quia ea facultas concessa est, ut periculo consulatur eorum, qui post id votum contraxerunt matrim. eo quod in magno periculo versentur, cum debent reddere teneantur, si debiti petitione priventur. Quae ratio non militat ante consummationem: tunc enim non tenentur reddere. Sic tenet Azor. l. 11. inf. moral. cap. 19. qu. 20. vers. Sed dubia quae est. Atque idem tenent omnes, qui cenent hunc teneri ad religionem. At verius est, extendi id privilegium ad votentem, quamvis nondum matr. consummavit. Sicut disp. 12. n. 6. diximus posse Episcopum dispensare cum his ad petendum debitum. Ducor, quod verius sit non teneri hoc religionem ingredi, ut votum castitatis fervent: & si non ingrediantur, alitri sunt ad reddendum debitum, & subinde in magno discrimine constituantur, si petere debent illis interdicatur. Atque ideo militat ratio concessionis dicti privilegii, ut huic periculo prospiciatur. Et ita docet Manuel. l. 1. sum. 2. edit. c. 242. n. 2. Vega 2. sum. c. 129. casu 118. puncta 2. Atque idem dicentur futinentes non teneri hos ingredi religionem. Atque idem sentio de priori bimetri post matrim. inuit, nondum tamen consummatum, vel si alter conjux in adulterium incidat, cum ipse sit innocens, quamvis enim in his casibus non tenentur, nec licite possit rationem voti reddere: at cum matrim. valeat, & habet cum uxore, in magno versabitur incontinentiae periculo. Et idem sentio, quamvis hic ad matrim. transierit animo ingrediendi religionem. Cum enim adhuc non teneatur, est in eodem periculo. Et confirmo, quia revera mens Pontificis id privilegium concedens est, ut possint religiosi in hoc dispensare in casibus, in quibus possunt Episcopi. Ad Episcopos posse in omnibus his casibus, diximus, disp. 12. n. 6.

5. Alii refringunt ad votum castitatis emissum ante matrim. inuit: quare cenent non posse religiosos dispensare virtute hujus privilegii ad petendum debitum cum conjuge, qui post matrim. votum castitatis. Quod id privilegium expresse loquatur de voto castitatis ante matrim. emissio. Et ita docet Manuel. l. 1. sum. 2. edit. c. 243. n. 14. & q. regularibus, t. 1. q. 63. art. 2. Vega 2. sum. c. 129. casu 77. Ceterum est virtute hujus privilegii id eis non licet: possunt tamen virtute privilegii relati n. 1. ad dispensandum in votis, excepto castitatis voto, dispensare non tantum ad petendum debitum, sed etiam in eo votum omnino dispensare, eo quod a vera, & perfecta voti castitatis ratione deficiat. Quia (ut n. 2. diximus) tantum in eo privilegio excipitur castitatis votum, quando ita suam perfectionem consequitur, ut Pont. sit reservatum.

6. Quod si five ante inuit matrim. five post, ante ejus consummationem, voverit conjux religionem, nequibunt religiosi dispensare cum ipso, ut petat vel reddat. Quia solum ad dispensandum in voto castitatis ad petendum debitum fruuntur. Deinde, quia disp. 12. n. 7. diximus nec Episcopum posse cum hoc dispensare. Quia teneretur ad religionem.

7. Insuper religiosi virtute dicti privilegii commutandi vota jurata, possunt commutare juramenta non solum poenalia, & conditionalia, etiam impleta conditione, castitatis, & religionis, sed etiam absoluta, in casu, in quo posse Episcopum in eis dispensare sustinimus disp. 13. n. 5. Quia quamvis id negaverimus disp. preced. nu. 11. de privilegiis bullae, & jubilei, militat diversa ratio in hoc privilegio. Quippe illa solum sunt ad vota commutanda, atque ideo sola juramenta eorum, quarum vota conceduntur, possunt commutari. Unde cum vota absoluta castitatis, & religionis denegentur, non conceduntur quoque juramenta absoluta. Hoc autem est directe etiam de juramentis, & sola excipiuntur, quae sunt in praedictum tertii. Hoc videtur dicendum attenda hac ratione. At reatentius consideranda dicendum est, non posse, nisi sola juramenta conditionalia, & poenalia: sicut diximus per bullam, & jubileum. Quia Greg. XIII. (ut n. 1. vidimus) tantum extendit privilegium Pauli III. concessum ad vota commutanda, ut etiam eadem comprehenderet firmata juramento: quare sola juramenta eorum videtur concessa, quarum concessit vota. Cum ergo exciperit vota absoluta castitatis, & religionis, cenetur quoque eadem juramenta excipere. Si vero loquantur de privilegio dispensandi in votis, manifestum est id non extendi ad haec juramenta absoluta, sicut nec privilegium bullae, aut jubilei. Quia militat eadem ratio, cum id privilegium non loquatur de juramentis, sed haec veniant in eo in consequentium votorum. Sicut disp. preced. nu. 11. explicuimus tractantes de privilegio jubilei, & bullae.

8. Praeterea religiosi mendicantes si sint viri docti, & Confessores approbati ab Ordinario juxta Tridentini formam, possunt ex commissione Provincialis dispensare in foro conscientiae ad petendum debitum cum his conjugibus, qui inter se affinitatem contraxerunt. Per declarationem quamdam a Julio II. factam con-

cessionis Martini V. factae Benedictinis monachis, & per aliam Pii V. concessionem viva voci oraculo factam, ac impetratam ab Angelo de Aguilara Ordinis Minorum, anno 1578. Ut refertur Collectio. privileg. mendic. v. Dispensatio, num. 17. Verax. l. 1. p. Spec. art. 23. in Palatio 4. d. 32. disp. 2. Enrig. l. 11. de matrim. c. 15. nu. 11. in Manuali in bulla Cruciatu, §. 9. n. 143. & §. 13. n. 17. Sorbus in compend. privileg. mendicant. v. Absolutio 2. quoad. secularis, in resolut. quas ibi ponit, concl. 9. ver. Dispens. in annotat. suis, pag. ubi. lit. B. Quamvis Corduba relato Doctore Ortiz in annotationibus ad Collectio. v. Dispensatio, §. 17. dicat non esse ratum eo privilegio uti. Quod non habeatur in libris Ordinis: nec de eo constet. At censio tutissimum esse ea concessionem uti: & habetur in compend. privileg. Soc. Jesu verb. Dispensatio, §. 8. ubi P. N. Generalis addit facultatem hanc concedi Provincialibus, & aliis Confessariis, quibus ipsi per se vel per alios eam commiserint.

Extendit autem hoc privilegium Manuel addit. ad bullam §. 9. n. 17. ut possint quoque virtute ejusdem privilegii dispensare ad petendum debitum cum conjugibus, qui spirituales cognationem contraxerunt. Sicut diximus disp. preced. nu. 3. extendere simile privilegium commissariis Cruciatu: ubi ejus fundamentum retulimus. Sed eadem ratione qua ibi id retulimus, retulimus quoque hic.

Tandem duplex superest difficultas circa haec commutandi vota privilegia. Prior est, An haec facultas commutationis, ac dispensationis votorum religionis concessa restringenda sit, ut tantum eo privilegio uti possint erga subditos Episcopi illius diocesis, in qua sunt religiosi. Sicut ipse Episcopus nequit rationem vota commutare, aut cum eis dispensare. Sylvester. v. Domicilium, in fin. agens de commutatione votorum, ait mendicantes, qui ex privilegio possunt undecumque ad se venientium confessiones excipere, non posse foralium vota commutare. Quia non potest Episcopus qui eos exponit. Quod idem attentis antiquis mendicantium privilegiis fatetur Manuel. in addit. ad bull. Cruciatu, §. 9. n. 20. attento privilegio concessa Soc. Jesu per Paul. III. relato n. 1. concedenti expresse facultatem commutandi vota undecumque venientium, ait necessarium dicendum esse id posse mendicantes. Subdit tamen privilegio dispensandi in votis relato n. 1. non posse eos uti erga forenses, sed erga solos illius Episcopi subditos. Dicitur, quia a potestate commutandi ad dispensandi potestatem non additur argumentum. Ad privilegium dispensandi est in solis votis, in quibus possunt Episcopi dispensare. Sed Episcopus illius diocesis in solis votis subditorum suorum potest dispensare. Ergo idem dicendum est de religiosi illius diocesis. Nihilominus existimo utrumque privilegium extendi ad undecumque venientes. Quod idem judicant alii viri docti: Quia illa restrictio dispensandi in votis, in quibus possunt Episcopi intelligitur sic, id est, ut nequeant dispensare in votis reservatis Pontificis in quibus ratione reservationis nequeant Episcopi dispensare. Cum enim haec dispensandi potestatem a summo Pontifice, qui toti orbi praestit, habeant: non est cur ea restringenda sit ad subditos illius diocesis, in qua religiosi inveniuntur. Et confirmo, quia cum haec facultas praedictis religiosis concessa sit, quo melius penitentium ad illos consentium saluti spirituali prospicere possint, ratio pete, ut licet undecumque venientium possant confessiones audire, ita quoque possunt eorum vota commutare, ac in eis dispensare. Tandem, quia cum haec privilegia ampliatum sint (ut num. 2. probavimus) immerito hanc restrictionem pati dicendum est.

Posterior est, An religiosi solum possint uti haec commutandi vota facultate, in Sacramento confessionis? Pars enim affirmans inde suaderi videtur. Quia a privilegio Pauli III. haec commutandi potestatem indulgens, & absolvens a reservationis, dicit expresse, Confessionibus delinquent auditis (ut n. 1. vidimus.) Qui ablativus absolutus conditionem importat, l. A testatore, ff. de condit. & demonstr. Et ad omnia videtur referri. Et ita videtur expresse sentire Corduba sum. qu. 152. ubi dicit posse religiosos in confessione dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi. Et a fortiori hoc tenebunt DD. quos disp. preced. num. ult. retulimus dicentes commutationem votorum per bullam non posse fieri nisi in confessione: Cum tamen in bulla non peratur ut audita sit confessio. At contrarium est probabilius. Quia cum adeo distent inter se absolvere a peccatis, ac vota commutare, nec hoc confessione indigeat, non censendus est Pontifex velle totum privilegium limitare intelligi per illam ablativum absolutum, auditis confessionibus: sed lingula singulari referenda sunt. Et ita refertur ad absolventem a peccatis, quae immediata sequitur. Nam ea est regula, ut in clausula posita in una parte dispensationis, five poenae in principio, five in medio, five in fine, cenentur referri ad omnia in ea clausula contenta, c. Secundo requirit, de appellat. ubi id observant DD. ad intelligitur quando omnium est eadem ratio: ut multum citatis tradit Menoch. de praesumpt. l. 1. praesumpt. 181. n. 2. Quod hic non contingit. Nam absolutio a peccatis pete necessario confessionem sacramentalem, locus de votorum commutatione. Tandem, quia in privilegio dispensandi concessa religiosi relatu n. 1. nulla sit mentio confessionis: quia non est datum simul cum potestate absolventi. Quod indicat quando simul cum absolventi potestate conceditur, ut petatur audiri confessiones, non ad dispensandum in votis, aut

aut ad ea commutanda, sed ad peccatorum abolitionem. Et ita hanc sent. sustinet Enrig. l. 7. de indulg. c. 30. nu. 6. Et ejusdem sent. sunt multi doctores notetici, qui hac ratione ducti concedebant per bullas antiquas, indulgentes auditis confessionibus abolitionem a peccatis, & censuris, post extra confessionem impendi abolitionem a censuris. Quod si ablativus absolutus, auditis confessionibus, refertur ad abolitionem a peccatis, ad quam opus est confessio.

DISPUTATIO XVII.

An dispensatio in lege superioris, propria, aut inferioris, facta absque causa legitima, valida sit?

SUMMARIUM.

Quot quaestiones disputandae sint, n. 1.

Quando Praelatus dispensat in voto, vel juramento absque causa, an valeat dispensatio. Refertur quaedam sent. n. 2.

Proprietur sententia auctoris, & explicatione c. Veniens, de jurjur. n. 3.

Dispensatio inferioribus concessa in lege superioris intelligitur si adest justa causa, & hac deficiente non est valida, 4.

Quid, si in dispensans sit legatus Apostolicus, 5.

Quid, si in dispensandi commissione exprimitur nomen ejus, cum quo est dispensandum, 6.

Quid, si sit aliquis causa, non tamen sufficiens, 7.

Quid, si Praelatus bona fide judicet eam sufficere, 8.

An is cum quo in voto, juramento, aut lege humana dispensatur est, sit tutus si postea reperiat causam non fuisse sufficientem, 9.

Quid, si praelatus in lege divina, ut voto, aut humana dispenset non satis certior, an sit causa, cum tamen vere esset. Refertur opinio, 10.

Proprietur sententia auctoris, 11.

An si causa est notoria, peccet dispensans non praemissa causae cognitione, 12.

An valide expeditur dispensationis commissio a Pontifice pro foro externo Ordinario, vel pro foro interno Confessori, quando hi non praemittunt causae cognitionem, sed ignari causae, quae vera erat, dispensant, vel sibi cognita erat causae veritas. Remittitur, 13.

An presumatur causa in facto dispensante, 14.

Quid in conscientie foro, sive Princeps, sive inferior dispenset, 15.

An credatur superiori dicenti se ex causa iusta dispensare, n. 16. & ibi, quid si asserat se dispensasse.

An credatur dicenti se habere commissionem, 17.

Quid, si sit legatus Cardinalis, 18.

Quid, si in nullius praedictum sit, ut in facultate dispensandi, absolventi, aut concedendi indulgentias, 19.

An credatur litteris Episcopi dicentis se alienum subditum cum licentia promovisse, 20.

An credatur litteris penitentiaris, dicentis ex Papa commissione se dispensare, 21.

An in foro conscientiae credatur omnibus his, & Confessario, aliove, 22.

Post num. 22. invenies alia summaria.

fungitur. Atque ita fatentur omnes Theologi 4. d. 38. cum D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad 2. Et omnes DD. juris Pontifici cum gl. c. Non est, v. adimplere de voto. Et contrarium afferentes impugnat ibi D. Th. dicens eos non nisi iusto fundamento. Quippe pater, dominus, ac vir potestate dominativa praediti sunt, ac proinde libere possunt tanquam domini, voluntatem illi, servi, uxoris infringere, eorum vota ad libitum irritare. Ad potestatis spiritualis praetorum est solum dispensatoria, & cum non sit in destructionem, sed in adificationem data, nequeunt ad libitum justam inferiorum voluntatem revocare, eorum vota dissolvendo. Quare dum c. Veniens de jurjur. decidit per vota, aut juramenta inferiorum non posse juri superioris derogari, intelligitur ita, ut non integrum sit superioribus ex justa causa dispensare: ac potest derogari ad hunc sensum, ut ea non subiciantur eorum liberar potestati. Et ideo conditio subintellecta in his votis est, nisi superior iusta causa exiteat, dispensaverit.

Hinc deducitur, dispensationem quamcumque inferiorum in 4 lege superioris fore irritam, si causa legitima desit. Et si Episcopus dispenset in lege jejunii, aut observantibus festorum, aut quavis alius ex Pontificia commissione. Quia sic se habent ad legem superioris inferiores, ac Pontifex ad legem Dei: & similiter in alienis bonis alienaque voluntate dispensat. Praeterea, quia quoties inferiori committitur potestas dispensandi in lege superioris: intelligitur causa iusta exiteat. Mandatum enim Pontificis ad jus referri debet, c. De multa de praeb. Nec jure optimo praetulum potest, constitui tunc intermedium dominum voluntatis superioris, ut perinde, ac de propria possit ad libitum valide de illa disponere. Quod optime tradunt Speculat. tit. De dispensatione, §. Dicendum refert. n. 19. In c. cum ad monaster. n. 4. de statu monac. & ibi Hofl. n. 32. Jo. And. ad fin. Abb. n. 17. Card. Sault. nu. 5. Henr. n. 17. Bald. l. Barbarius, n. 7. ff. de offic. praec. Arctin. l. 2. in princ. n. 1. ff. de verb. obl. Felin. c. fin. nu. 8. ver. 2. limit. de simon. & c. at clericis, §. De adulteris, n. 10. de judic. & ibi Hippol. n. 32. Turres. c. 1. art. 4. n. 1. d. 89. Ang. ver. Dispensatio, n. 3. & ibi Sylvester. q. 3. n. 5. Armilant. l. 4. Sotus 17. de just. q. 4. ar. 3. col. 9. vers. Rursum circa eadem: & l. 1. q. 7. art. 3. col. 6. Postrem. ergo: Nav. c. fin. n. 4. de simonia. Cov. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. n. 1. Sturnica q. 5. de voto, n. 35. Guttior. q. can. l. 1. c. 19. n. 5. Emm. Sa sum. v. Dispensatio, n. 2. Et loquuntur Sotus, & Sturnica etiam de facultate dispensandi in bulla concessa. Si ergo inferior commissionis limites excedens dispenset in lege superioris absque legitima causa, non tenet factum. Et ita partem hanc fatentur omnes DD. allegati: & quotquot in tota hac disp. allegabo. Neque aliquid contradicentem inveni.

Quidam hoc temperant, nisi inferior habeat plenitudinem potestatis a superiori concessam, qualem habet Legatus Apostolice (quem Nuncium appellant) in casibus sibi a Pontifice commissis: Sic Manuel. l. 1. sum. 2. edit. c. 24. conl. 3. n. 5. Ad audiendum minime est. Quippe illa potestatis plenitudo non accipienda est ad dispensationem, sed ut secundum jura dispenset. Atque ita dispensationem ab ipso absque legitima causa concessam esse irritam docent Inn. c. Dudum, el. 2. n. 16. vers. Item, & si Papa, de elect. Felin. c. Postulasti, n. 13. casu 4. de refer. Navar. sum. Latina, prelat. 9. n. 15. & c. fin. n. 4. de simon. Gamba de auctor. legat. l. 10. n. 207. Hippolytus. c. at si clericis, §. De adulteris, n. 115. de judicis, Borgallus de irreg. p. 7. ult. n. 21. Sturnica q. 6. de voto, nu. 234. Azor. l. 5. inf. moral. c. 15. ad fin.

Alii temperant, nisi in dispensandi potestate exprimaturnomine eorum, cum quibus est dispensandum, nulla cognitionis causae dispensandi mentione facta. Et placet, quia tunc commissarius ille constituitur mens executor: ac praeterea debet committentem certiore factum esse de dispensationis causis. Et ita limitant Spec. t. De dispens. §. Dicendum refert. n. 19. Felin. n. praec. alleg. Gamba de auctor. legat. l. 10. n. 209. & 206.

Similiter non valet dispensatio inferioris in lege superioris, licet sit aliquis causa, si tamen eam illegitimum esse constet. Quia idem est in hoc non esse causam, & non esse justam. Atque ita DD. n. 4. allegati asserunt eam dispensationem absque causa legitima, & iusta esse irritam.

Hoc tamen limitarem, nisi prudenter, ac bona fide judicaret praelatus causam esse justam. Tunc enim credo valere dispensationem, licet vero non fuerit causa sufficiens. Quia non est credendum aliam esse Pontificis intentionem circa suas leges, & Dei circa suas, in quibus permittitur inferiori dispensare. Idenim recta Ecclesiae gubernatio postulat, quo scriptulis obvietur, ac tunc sit conscientiae, nec oporteat passim infringere gesta, imitando praetorum vires Dei generum dispensationis. Quod clare significat Azor. l. 7. inf. moral. c. 29. qu. 6. ubi haec ait: Si praelatus iusta bona fide de lege jejunii aliquem liberet, putans causam esse justam, relaxatio prodest. Quia bona fide facta est.

Hinc temperandum censio, quod docent Nav. sum. Latina prelat. 9. n. 13. fin. Philbar. de offic. Sacerd. t. 1. p. 2. l. 3. c. 4. vers. Altera difficultas, Lud. Lep. l. 1. p. inf. c. 4. paulo post princ. nimirum eum, cum quo praelatus dispensavit; proposita illi causa vera, & bona fide, quae tamen sufficiens non est, tutum esse auctoritate praetati solum, donec sibi certo constet causam minus legitimam fuisse. Hoc enim credo temperandum juxta dicta n. praec. nisi praelatus prudenter, ac bona fide dispensaverit, judicans eam causam esse justam. Tunc enim tutus erit subditus, quamvis postea constet causam non fuisse sufficientem.

Sed merito dubitabis quid dicendum de dispensatione facta ab inferiori in lege superioris, non praecognita causa, quan-

quando revera erat causa legitima: an valida sit? Pars negans suaderi videtur, quod dispensans excederet suam commissionis limites. (Nam ut n.5. probavimus) censetur sibi facultas dispensandi commissa, praemis causa cognitione. Idque constat ex c. *Necessaria*, & c. *Dispensationis* l. 1. q. 7. ubi dicitur, temporum varietatem exposcere aliquando ut leges relaxentur adhibita diligenti consideratione. Et clarior est *Trid. sess. 25. de refor.* c. 18. ibi. *Sciatis universi sacratissimi canon. exacte ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit, indistincte observari. Quod si urgent maiorque ratio quandoque postulerit cum aliquibus dispensari, a quibus ad quos dispensatio pertinet, erit presertim dum alteraque facta dispensatio subreptitia censetur.* Ubi notandum est ablativus ille absolutus, causa cognita, qui conditionem, ac formam importat. Ut probavi l. 3. disp. 5. n. 2. ubi & alia argumenta congesti ad hoc probandum scientia. Tandem illi constat ex dispensationis definitione tradita disp. 1. n. 2. Est enim legis relaxatio praemis causa cognitione. Quod cum hic deficiat, non erit valida dispensatio. Et ideo hanc partem tenet fere expresse *Navar. c. fin. n. 4. de simon.* Et tenent *Imola l. Quidam consuebat, nu. 17. fin. & nu. 8. ff. de re judic. Hippol. c. clericus, s. de adulteris, n. 106. de iudicis.* Et melius *Azor. l. 5. in fin. moral. c. 15. q. 9. & 10.* dicens in neutro pro valere hujusmodi dispensationem. Idem clare sentit *Stunica q. 6. de voto n. 104.* ubi ait Pontificem non habere facultatem relaxandi iuramentum in praedictum tertii, antequam confiteri sibi causam subesse, licet causa subdit. Quia errat in sua jurisdictionis fundamento.

11. At probabilis est, hujusmodi dispensationem validam esse in foro conscientiae, donec in foro exteriori revocetur. Ducor, quia nulli habetur eam dispensationem esse nullam. Neque obstat locus Tridentini in contrarium adductus. Quia aequo loquitur de Papa, ac inferioribus. Cum tamen constet dispensationem Papae in jure humano abique causa cognitione validam esse: loquitur ergo concilium quoad fori externi praesumptionem: & ideo dicit *subreptitia censetur.* Et non dicit esse vere eam subreptitiam, sed praemis causam legitimum. Et tenet *Stunica q. 6. de voto n. 104.* ubi ait Pontificem non habere facultatem relaxandi iuramentum in praedictum tertii, antequam confiteri sibi causam subesse, licet causa subdit. Quia errat in sua jurisdictionis fundamento.

2. Quia c. *Nihil de elect.* dicitur electum sine sua causa examine esse ejiendum, cum est indignus. Ergo a contrario sensu non ejiatur, si dignus sit: quamvis eligentes non praemis eo examine defecerint ab electionis forma. 3. Quia velut lex temere, & abique causa cognitione indicta, si revera a causa boni commensurata intercedat. Ergo idem de legis dispensatione censendum est. 4. Ex doctrina *Minchaca l. 1. conr. illusorium, c. 28. n. 6.* ubi probat tenere factum in foro conscientiae, quando huius juris habetur, quomodo forma, & solemnitas eundem iure praesumuntur. Ad quod comprobandum multa similia afferunt *Bellarmino latine allegandus.* Quod contingit in hoc evento. Nec obstat dispensationis definitio, quia (ut dixi disp. 2. n. 2.) ea non solum comprehendit, quae de dispensationis essentia sunt, sed ea quoque, quae desiderantur ut sit licita. Quare dum auctores n. 4. allegati dicunt inferiori ceteri commissam dispensationem, praecedenti causa cognitione intelligendi sunt, ut rite, ac recte fiat: vel ut valide, nisi revera adesset causa iusta. Huius sent. est *Innoc. c. Droversi, n. 1. de cler. conjug.* ubi Episcopo dispensante abique causa cognitione ius, quibus potest, tenere dispensationem, ut in collatione beneficii, donec per superiorum revocetur: & dum non revocatur, possideri licite beneficium illud. Et satis hoc placet *Hoff. ibi n. 9. Jo. Andr. n. 8. praeterquam, quod Hoffiensis non admittit tacitam dispensationem, sed verbis expressis factam.* Idem late probat multis similibus adductis *Bellarmino. c. Veniens, nu. 18. & 19. de filiis preb.* Idem expresse tenent quoad forum conscientiae *Armilla v. Dispens. n. 14. fin. Lud. Lop. l. p. in fin. c. 4. volutep. vers. Tertio dicitur.* Pro eadem sent. est *idem Innoc. c. Cum ad monasterium, n. 4. de statu monachi, ubi ait hujusmodi dispensationem, aut non valere, aut revocandam esse.* Cujus sent. referunt, & sequuntur *ibi Hoff. nu. 32. Jo. Andr. ad fin. Abb. n. 17. Henric. n. 17. Card. S. fin. n. 5. idem Abb. c. at fclerici, s. de adulteris, n. 12. de iudicis, Alex. de Neuro c. 1. n. 128. de cons. Tur. c. 1. ar. 4. n. 14. d. 89.* At ad veritatem huius disjunctivae fat est alteram partem esse veram, nempe, ut ea dispensatio possit revocari. Pro eadem sent. sunt *Abb. d. c. Droversi, n. 3. Probis addit. ad Monachum, can. n. 4. vers. Postremo de etat. & qual. Borgasius de irreg. 2. p. tit. de differ. termin. in materia dispensat. in fine, ubi dicit dispensationem ceteri concessam inferioribus causa iusta existente illiusque cognitione praemis: at si non adhibita causa cognitione dispensaverint, revocandam esse dispensationem per superiorem. Censetur ergo valida doct. revocetur. Atque idem censet, quando Pontifex, vel Episcopus, vel alius potens dispensare in votis vel iuramentis, sive iure ordinario, sive delegato (nisi in delegatione habeatur specialis forma petens praemitti causam cognitionem) dispensat in illis legitima causa existente, quamvis sibi non cognita: peccabit enim mortaliter: at dispensatio erit valida in foro conscientiae. Quia eadem est ratio.*

12. Nec culpa alicuius erit reus dispensans, quamvis causae examinationem non praemisrit, quando causa notoria est. Quia in notoriis non exigitur ordo iuris, nec notorium eget examinatione, c. *Manifesta, d. 2. q. 1.* Sic aperte significant *gl. c. Qui sine examinatione, v. sine examinatione d. 18. & c. fin. v. Qui concubinas, d. 15. Abb. c. Praxerea, n. 1. de testib. cogend. Animas c. 2. n. 8. de schism. Imola l. Quidam consuebat, n. 8. ff.*

de re judic. *Rosella v. Dispensatis nu. 6.* dicunt enim inferiorum exerceant actum contra legem erga aliquem, in casu in quo dispensare potest, non ceteri dispensare, nisi causa cognitionem praemittat: praeterquam quando causa dispensationis est notoria, quod tunc examine non indiget. Imo si sibi causa constaret, non peccaret dispensans non examinando causam. Quia illi examen petitur, ne temere dispenset. Quae temeritas cessat, ubi certus est de causa.

Utrum autem tradita duplici n. praeced. locum habeant in dispensationibus, quae committuntur a Pontifice Ordinariis pro foro externo, vel Confessori a sacra Penitentiaria pro foro conscientiae: dicemus disp. 34. n. 24. & duplici seq. & disp. 35. num. 16.

Rursus dubitari potest, an praesumatur causa in Principe dispensante, quando de ea non constat? Quia in re (ne diutius immoretur) communis resolutio est, quando Princeps dispensat motu proprio, & non ad partis instantiam, in jure humano, praesumptione juris, & de jure, contra quam non admittitur probatio, adesse causam iustam, Secus quando ad instantiam partis, vel quando dispensat in ius, quae sunt de jure divino, aut de jure naturali divino: tunc enim non praesumitur causa nisi probetur. Quia quando ad instantiam partis conceditur dispensatio, censetur potius per importunitatem extorta, quam quod ita agendum Princeps censeat, iuxta traditionem Baroli ex illo textu, *l. 1. c. de petitione bonorum, n. 10.* Quando autem dispensat in jure divino, & naturali, cum illi abique causa fieri nequeat, opus est de causa constare. Et huius sent. sunt *Abb. c. Quo in Ecclesiarum, n. 10. de cons. & ibi Fel. a. n. 60. Decius in nova edit. a. n. 229. Gigas de pension. q. 6. nu. 12. Rebuff. praxi benef. ut. De dispensatione ad plura beneficia, n. 53. Loazer de matr. Regis Angl. dub. 4. n. 14. Regis epist. success. c. 23. a. n. 13. Minchaca quillust. l. 1. c. 25. nu. 17. & c. 26. a. n. 28. Stunica de voto, qu. 6. nu. 131. & latissime Menoch. de pres. l. 2. tota praesumptio. 10. Mascard. de prob. tota concl. 275. Qui duo sunt omnino videndi pro ampliationibus, & mutationibus huius sententiae.*

Hac tamen doctrina agit de praesumptione fori externi. Nam 15 in foro conscientiae existimo praesumendum esse pro superiori, dum subdito non constat defectu causae. Quippe subditi non est facta praetorum discutere. Quod non obscure significat *Sotus 4. disp. 21. q. 2. ar. 2. col. 2. ubi tractans de dispensatione Pontificis in voto, dicensque dispensationem abique causa legitima non tenere: subjungit, ubi manifestus error non intervenit, praemis causam legitimam.* Et *l. 7. de iust. q. 4. ar. 3. ad 2. in fin.* ubi ait tunc dispensationem voti censendam irritam, quando manifeste constat nullam esse causam. Et tenet expresse *Suar. de censuris, disp. 41. sed. 3. in.* dicens in foro interno sufficere, ut non constet iudicio de causae defectu, quamvis in externo opus sit causam probare.

Hinc deducitur qualiter accipiendum sit, quod aliqui DD. 16 tradunt; nimirum, non credi praetori inferiori dicensi iuxta causa dispensare in lege superioris. Hi sunt *Nav. sum. Lat. preclud. n. 5. vers. addo secundo, Lud. Lop. l. p. in fin. cap. 4. colantepen. vers. i. dicitur.* Quod idem de superiori supremo dispensanti, quando nequit abique causa, tractat idem *Navar. l. 3. cons. tit. de regularibus, utraque edit. con. 56. n. 2. & latius probat in comment. de sponsis, super c. Non liceat 22. q. 2. s. 2. n. 8. Et quod tradunt alii, nempe, non haberi fidem praetori alicui de dispensatione quando causae cognitionem non praemisit. Unde incumbit alleganti quoad probandae talis dispensationis, quia cum debite non praemisit, iure optimo ei non habetur fides. Sic *gl. c. si quis sine excom. vers. sine excom. d. 81. Speculat. c. De dispensatione, s. Qualiter autem, n. 4. Jo. Andr. c. 2. n. 4. de schism. ubi Abb. n. 5. Cardin. n. 2. Navar. sum. Lat. preclud. 9. n. 15. Ant. Cae. l. 4. in fin. majorum, tit. 12. n. 29. Sed haec omnia accipienda sunt in foro externo. Nam in foro conscientiae eis creditur: ut dixi n. praeced.**

Tandem deducitur, quid in ea quest. sentiendum sit, an 17 credatur, dicensi se habere potestatem delegatam ad dispensandum, aliunde faciendum? De qua re late DD. c. Cum in jure, de off. deleg. & Lun. c. de mandat. Princ. Bernard. Diaz reg. 219. latissime *Menoch. de praesump. l. 2. tota praesump. 15. & de arbitr. l. 2. tota q. 75. Mascard. de prob. concl. 258. Grat. reg. 290.* Et ideo solum dicam unum, aut alterum verbum, & reliqua in praedictis poterunt videri. Et quid in foro externo, dicam usque ad num. 22. ubi explicabo, quid in foro conscientiae. Concluseo ergo communis est, commissionem delegatam probandam esse ostendo delegationis instrumentum, & alias non esse credendum eam alicui. Ut constat ex *d. c. Cum in jure, ibi: Exequi non cogitur: & ratio est, quia cum sit quid facti, non praesumitur.*

Multi hoc limitant, nisi legatus Cardinalis sit id alicuius. 18 Sic *Ant. c. ad eminentiam, n. 4. & 5. de sent. excom. Abb. c. Quod super, n. 5. de fide instrud. & alii quos referet, & leg. Grat. regula 290. n. un.* At verius est, nec huic credi in ius, quae speciale superioris commissionem requirunt, nisi literas commissionis inferatur. Et ita docent *Barr. Lun. n. 1. c. de super in dicto l. 10. Jo. Andr. & Hoffiens. quos referet & sequitur Abb. cons. 94. n. 3. lib. 2. & c. Quod translationem fin. de offic. legati, & d. c. ad eminentiam, qu. 2. Francus c. 1. n. 4. de offic. legat. in 6. Felin. multos referens, & late probans, c. Quod super, n. 10. & 11. de fide instr. & c. Quod in jure, n. 6. de offic. deleg. Greg. Lop. l. 23. v. Quae vivens, d. 9. p. 1. & mul-*

& multos alios referens *Menoch. de praesumpt. l. 2. praeser. 15. n. 4. Enrig. l. 10. de Sacram. ordin. c. 23. n. 2.*

19. Limitantur tamen haec, nisi legatus sit persona constituta in excelsa dignitate, nec agatur de praedictio tertii, tunc enim creditur illi, quamvis fusa delegationis literas non ostendat. Sic multi quos referet, & sequitur *Menoch. de praesumpt. 15. n. 9. Jus. repet. l. Admonen. nu. 175. de iurejur. Gutier. l. 2. q. canon. c. 17. fin.* Et huius rei adhibent exemplum *Jafon & Gutier. ut in facultate dispensandi, absolventi, concedendi indulgentias, & similibus.*

20. Hinc fit credi Episcopi, promoventi ad ordines non sibi subditum, dicensi in titulo collationis ordinem se promovisse ex licentia proprii Episcopi. Quia agit de modico praedictio. Et ita tenent *Rebuff. praxi benef. ut. De forma dimissor. n. 36. & relato Cardinali, Menoch. de arbit. l. 1. q. 76. n. 10. Gut. l. 2. quae canon. c. 17. n. penult.*

21. Secundo fit credi litteris summi Penitentiaris aferentis sibi vivae vocis oraculo commissum esse, ut dispenset in aliquo casu Pontifici reservato. Quod illi in nullis praedictio verget. Et ita *Pavlo citato docent Cardin. Clem. Ne Romanis, s. Eo tamen provisio, n. 1. de elect. Francus c. 1. nu. 4. de temp. ordin. in 6. & ibi Domin. Sult. n. 1. Ovarius de offic. Curie Rom. c. 16. summo penitentiaro. Greg. Lopez l. 32. v. Emperador tit. 16. p. 3.*

22. Haec dicta sunt pro praesumptione fori externi. Nam in foro conscientiae cuiusque viro timorato, ac Confessori, dicensi sibi delegatam esse potestatem ad absolvendum, vel dispensandum, vel ad aliquid aliud, fides haberi potest. Quod & experientia ipsa demonstrat, facultas enim absolventi a reservatis, & dispensandi medio Confessore solet a Penitentibus impetrari.

S U M M A R I U M.

Quando supremus Princeps, dispensat in lege propria abique causa, an valeat dispensatio. Referunt quaedam sent. n. 23. Proponitur sententia auctoris, 24. Satisfit argumentis, 25. Post n. 25. invenies cetera summaria, quae desiderantur.

23. Questio II. An dispensatio summi Principis in lege propria concessa abique legitima causa valeat: ut Pontificis in lege Ecclesiastica, & Principis secularis in civili. Quibusdam placet eam dispensationem irritam esse. Ducuntur 1. quod iure divino naturalis interdicitur tunc Principi dispensare abique causa in jure humano. Alias enim sic dispensans non peccaret. Cujus contrarium dicemus disp. seq. n. 3. Ergo dispensat tunc in eo jure divino naturali: ac prout corruet dispensatio tanquam abique causa legitima facta. 2. Quia haec dispensatio procedit a potestate clavium: quae est ministerialis, & data Pontifici in aedificationem, & non in destructionem. Et ideo non est data, ut ea quisquam ad libitum abutatur, sed sub certa regula, & mensura ad bonum commune pertinenti: sub qua non continetur illa dispensatio sine causa. Erat ergo irrita. Haec enim ratione valore caret indulgentiarum concessio abique iusta causa facta. Huius sent. est *Por. Garcia in repetit. l. Gallus, s. Et quid sit tantum, n. 296. 297. ff. de lib. & post. ubi ait cum in iustum sit Principem contra ius leges dispensare sine causa, se necesse quomodo id efficere possit: nec quoad veram iustitiam securum esse eum, cum quo ita dispensatur. Et Mendosa de passis, l. 1. q. 2. n. 15. idem tenet quoad dispensationem et in re magni momenti, ut ut nocet, *Minchaca lib. 1. q. 1. illus. c. 25. n. 16. & c. 26. n. 26.* Et non valere in foro conscientiae, sed in solo externo tenet *Loazer de matr. Regis Angl. dubio 4. n. 4. & 15.**

24. Ceterum abique dubio tenendum est, hujusmodi dispensationem validam esse. Quod tunc legislator dispensat in re propria & propria voluntate, eam mutans, a qua sola vim habebat lex. Ergo ea dispensatio tanquam in bonis propriis facta valebit abique causa, sive dispensans peccet, sive non. Sicut dominus prodigens bona verum dominium transfert, etiam prodigendum delinquit. Atque ideo huius sent. sunt DD. quos disp. seq. n. 2. referam dicensi posse Principem ad libitum in suis legibus dispensare. Et in propriis terminis docent *Innoc. c. Dudum, et 2. n. 16. vers. Item, & si Papa de elect. Ant. c. per venerabilem, n. 6. qui filii sint legiti. & ibi Praep. s. Quod autem, n. 2. notab. Abb. c. Non est, n. 8. de voto. Felin. c. postulisti, n. 13. in casu de res. Rosella v. Forum 5. n. 4. Syro. v. Dispensatio, q. 3. n. 5. Armil. v. Papa, n. 12. Nav. c. fin. n. 4. de simon. & sum. Lat. preclud. 9. n. 14. Covar. c. alma mater l. p. §. 1. n. 7. de sent. excom. n. 6. & multis citatis & decretis. 2. p. c. 6. s. 9. n. 10. Villal. in suis comment. lit. D. n. 86. Et ex Theologis, *Cajet. l. 2. q. 96. ar. 5. ad fin. & 2. q. 10. ar. 2. ad fin. & in opus. l. 1. ar. 27. de dispens. matr. in Occid. Eccl. q. un. vers. Quoad votum. Cathar. l. 15. in Cajet. circa q. An Papa possit dispensare in voto solemnium religion. ad fin. Victoria de potest. Poprom. ergo, & l. 6. q. 4. ar. 3. ad 2. fine. Et 4. d. 21. q. 2. col. 11. & d. 39. q. un. ar. 2. in fin. corp. Canus reled. de panit. p. 5. ubi de praep. concess. ad fin. Led. 2. p. 4. qu. 27. ar. 2. paulo post prin. Abb. cons. 94. n. 3. lib. 2. & c. Quod translationem fin. de offic. legati, & d. c. ad eminentiam, qu. 2. Francus c. 1. n. 4. de offic. legat. in 6. Felin. multos referens, & late probans, c. Quod super, n. 10. & 11. de fide instr. & c. Quod in jure, n. 6. de offic. deleg. Greg. Lop. l. 23. v. Quae vivens, d. 9. p. 1. & mul-**

*Spir. c. 21. n. 8. Angl. in florib. l. p. ubi de jejun. q. 5. diffie. 2. Enrig. l. 5. de panit. c. 21. n. 5. & l. 12. matr. c. 3. n. 6. Suar. l. 4. ubi de indulgent. disp. 56. sed. 3. n. 11. Valent. 4. p. disp. 6. q. 2. pun. 10. ubi de causis excommunicatis ab officio recitatione, causa q. 2. disp. 5. q. 7. pun. 2. ubi de pluralitate benefic. col. 4. vers. Ubi autem illud ius. Azor. l. 7. in fin. moral. c. 9. q. 6. l. 5. c. 15. q. 3. Aragon. 2. 2. q. 89. ar. 9. ad fin. Philiaur. de offic. Sa. cerd. l. 1. p. 2. l. 4. vers. altera difficultas est. Lud. Lop. 2. p. in fin. ubi de jejun. c. 108. fin. & l. p. c. 4. in fin. Petr. de Ledeg. de matr. q. 54. ar. 3. diffie. 4. post 2. concl. & in sum. Sacri, ubi de matr. c. 27. concl. 4. Manuel q. regul. l. 2. q. 46. ar. 5. & in l. 1. sum. 2. edit. c. 196. fin. & c. 237. n. 1. Vega 2. l. sum. c. 23. casu 14.*

Ad arg. n. 23. proposita respond. Ad 1. neganda est conseq. 25 Nam quoties agit contra jus alicuius superioris, non dissolvendo eius obligationem, non dispensatur in illo: ac prout quod factum abique causa culpam continet, valet tamen. Quippe non auferatur legis obligatio, sed violatur. Secus quando ita agit contra jus superioris, ut ejus obligatio tollatur, tunc enim est dispensatio in illo, ac prout sine causa facta caret valore. Cujus ratio est, nam lex divina, & naturalis, ex eo solum quod factum prohibet, non impedit factum quoad valorem, & substantiam, sed quoad honestatem: tantum enim tunc cohibet voluntatem, sed non auferit potestatem. At secus est, quando in illa dispensatur, quia tunc obligatio legis tollitur. Et lex suapte natura secum affert, ut a nullo inferiori dissolvi possit nisi iuxta superioris praescriptum, quod est legitima causa intercedente. V. G. lex divina naturalis divites astringit ad superflua graviter indigentibus largienda. Si dives ille tunc ea prodigret, factum teneret: & quamvis jus divinum violaret, non diceretur in eo dispensans. Quia jus divinum obligationem non auferit, sed violat si Pontifici datum esset in eo praep. pro dispensare, esset irrita dispensatio abique iusta causa concessa. Ad 2. dic procedentia a clavium potestate esse duplicia: quaedam pertinent ad dissolutionem voluntatis superioris: ut quando Pontifex dispensat in lege divina naturali, & tunc deficit valor facti deficientis causa. Alia vero pertinent ad solius propriae voluntatis dissolutionem qua lex statuta est: & tunc quamvis peccetur in illius potestate abutitur, factum tenet. Et huiusmodi est dispensatio in propria lege.

S U M M A R I U M.

An valeat dispensatio inferiorum, ut Episcopi in suis legibus, facta abique causa. Referunt quaedam opinio, n. 26. Proponitur sententia auctoris, 27.

27. Quid, si superior, vel equalis successor dispenset abique causa in lege inferioris, vel equalis praedecessoris, 28. Quid, si constructio illa tranferat in contractum, 29. Quid, si sit a Pontifice confirmata, 30.

31. Quid, si iuramento stabilita sit, 31. An valeat dispensatio Episcopi, vel Archiepiscopi in Synodi suae diceclane decretis, abique causa facta. Referunt opinio, 32.

32. Explicatur sententia auctoris, & an solus Episcopus habeat in ea Synodo votum decisivum, & si sit ea superior, 33. An Episcopus ejus Synodi decretis quoad vim coactivam astringatur: nec possit in eis dispensare, ac potest in propriis legibus, 34.

35. An Archiepiscopus valide dispenset abique causa in decretis Synodi Provincialis. Proponuntur rationes probantes valere, 35.

36. Explicatur sent. auctoris: & an solus Archiepiscopus habeat in ea Synodo suffragium decisivum, & an possit ab illa excommunicari, & puniri: & an Archiepiscopo appellari ad Synodum provincialem, & explicatur cap. Grave, de praebend. n. 36.

37. An Archiep. teneatur ejus Synodi legibus, quoad vim coactivam: nec possit in eis dispensare tanquam in propriis, n. 37. & ibi an possit plus in eis, quam Episcopi suffraganei, & dispensare cum suffraganeis: & quid de ipsa Synodo.

38. Questio ultima. An dispensatio inferiorum in propriis constitutionibus facta abique causa valeat? Ut si Episcopus sit dispenset in suis. Quidam negant. Quippe quamvis ab Episcopo voluntate pendeat vim habere statutum illud: atque adeo possit illud omnino cassare: tunc enim ius potestatis ordinariae utitur, nec in aliquo jus commune offendit. At vim habentis statuto, dispensare cum aliquo abique iusta causa, est contra jus commune, c. Cum omnes, de consuet. At dispensatio inferioris in jure communi abique causa est irrita, (ut n. 4. diximus.) Huius sent. sunt explicantes, sive jus acquirunt fit, sive non, *Lan. c. Dilectus n. 5. de tempor. ordin. Archid. c. Licet canon. n. 3. de elect. in 6. & dubius manet Bellam. d. c. Dilectus, q. 6. n. 9. sine, licet asserat de facto servari, ut possit valide sic dispensare.*

Ceterum abique dubio tenendum est irritam esse dispensationem quae eadem mittit ratio, quae in Pontifice respectu suarum legum: tunc enim non dispensat in voluntate aliena, sed in propria. Quia efficit peccet Episcopi, contra jus commune, imo & divinum naturale didans neminem a lege generali esse abique causa eximendum: at dispensatio illa tenet. Quia tunc non dispensat inferior in eo jure naturali, ac Pontif. sed solum illud violat. (ut n. 25. in solutione ad 1. explicuimus, respondentes ad

idem arg. quod eque pognat contra Pontif. in propriis legibus dispensantem abque causa. ) Et ideo hanc partem sustinet In-  
 sibi contrarius. c. Cum ad monasterium. n. 4. de statu monach.  
 Et ibi Jo. And. ad fin. Anton. et h. clerici. s. De adulter. n. 17. de  
 judic. Et ibi Abb. nu. 10. Decius in nova edit. n. 98. Aret. n. 24.  
 Fel. n. 6. Alex. de Novo n. 10. Hippol. n. 93. idem Ant. c. Dilectus  
 n. 12. de tempor. ordi. Et ibi Imol. n. 25. Card. in repet. c. perpen-  
 dicular. n. 30. de sent. excom. Dominicus c. Licet canon. in princ. n.  
 dimus. n. 6. de sent. excom. Mihi in suo repertor. l. D. n. 23. v. Dispensatio  
 8. de elec. n. 6. Mihi in suo repertor. l. D. n. 23. v. Dispensatio  
 vers. Dispensare potest contra propriam. Bottaeus tr. de syno-  
 do Episc. 2. p. ar. 4. n. 8. Gambara de auctoritate leg. l. 10. n. 4.  
 do Episc. 2. p. ar. 4. n. 8. Gambara de auctoritate leg. l. 10. n. 4.  
 13. n. 19. Et v. Beneficium. n. 22. Sylo. v. Dispensatio. q.  
 442. 443. Angel. v. Beneficium. 3. q. 9. n. 13. Franc. d. c. Licet ca-  
 non in princ. n. 4. Tabiena v. Dispensatio. q. 14. n. 15. fin. Et  
 v. Beneficium. 2. q. 15. n. 17. Armil. v. Beneficium n. 27. Nau.  
 sum. Lat. c. 25. n. 74. Et c. fin. n. 4. de sumon. Et idem vi-  
 detur tenere aperte Azor. l. 5. inlt. moral. c. 15. c. 3. quoniam  
 enim non explicat constitutiones synodales, sed tantum suas  
 constitutiones: at refert *Noverum* in praedicto loco, ubi de  
 constitutionibus synodalibus loquitur. Et quamvis non ad-  
 ducat probationes, potest probari hae sententia. Quia solum  
 Episcopus suffragium decivum habet in synodo diceclana, ceteri  
 autem assident illi ut consilium praebent (quamvis nisi  
 bene *Inola* n. praec. allegat contrarium dixerit. ) Quod  
 vel ex iplo synodi tenore constat, in qua solus Episcopus decer-  
 nit, & subscrit, nulla assessorum mentione facta. Cuius con-  
 trarium in synodo provinciali accidere dicimus n. 36. Cum ergo  
 ipse solus legislator sit, poterit dispensare valide abque causa,  
 utpote, qui in sua sola voluntate dispensat. Et consir. quia ad  
 synodum diceclanam committitur soli parochi, & clerici, qui  
 nulla statuendi facultate gaudent, consueverunt. Non est  
 ergo cur eis illius statuta tribuantur. Tandem quia cum ejus  
 synodi constitutiones solum diceclani Episcopi obligent, quam  
 pleno jure subest Episcopus, possitque solum statuta illam obli-  
 gantia inducere: immo etiam eas constitutiones tribuuntur ceteris  
 congregatis: sed solum illuc conflant, ut Episcopus assideat,  
 illumque solum consilium adjuvent, quo prudentius, &  
 maturius decernat. Hae enim ratione tuetur *Inola* c. *Grave* n.  
 22. de praebend. Pontifice assidente concilio generali, Episco-  
 pos non habere suffragium decivum: sed solum quando ille  
 non interest, mittens legatos, eo quod plena statuendi potes-  
 tas in Pontifice residet.

Hinc deducitur contra DD. n. 32. allegatos Episcopum non te-  
 neri legibus synodi diceclanae quoad vim coercivam, sed tan-  
 tum quoad directivam. Sicut tradunt Doctores legislatorem suis  
 legibus astringi. Quod illa a solo Episc. vim obligandi habeant,  
 ac in illis dispenset, sicut in ceteris suis legibus.

Posterior difficultas est. An dispensatio Archiepiscopi in de-  
 cretis synodi provincialis facta sine causa legitima valeat? Vi-  
 detur enim valere, quod Archiepiscopus sit superior synodo pro-  
 vinc. ut constat ex c. *Grave* de praeb. ibi: *Metropolitani vero de-  
 lictum superioris in iudicio relinquunt, ex parte concilii nunciand-  
 dum.* Ex quo textu constat metropolitano non posse puniri  
 per concilium provinciale. Cuius rationem ibi reddit *Hoff.* n.  
 16. quod sequuntur ibi Jo. Andr. n. 8. Ant. n. 4. q. 2. *Anchar.*  
 n. 10. eo quod Archiepiscopus concilio provinciali superior sit.  
 Porro ergo in ejus decretis tanquam inferioris dispensare va-  
 lide abque causa. Item quia solus Archiepiscopus habet ibi  
 votum decivum, & Episcopi tanquam assessores interunt,  
 ut tenent quidam, quos tacitis nominibus, ac alios, quisi-  
 tiunt Episcopus adesse ut iudices, & habere votum deci-  
 vum, refert *Innoc.* d. c. *Grave* n. 3. *vers. ubi tamen dicitur:*  
 & neutrum opinionem desinit, & Ant. ibi n. 18. *vers. ad 3.*  
 ait utramvis partem eligi posse. Ergo potest ad libitum volun-  
 tate in eis decretis dispensare, tanquam a sua sola volun-  
 tate vim habentibus.

At dicendum est, esse irritam eam dispensationem. Ducor, 36  
 quod Archiepiscopus sit inferior synodo provinciali leges eas  
 ferant, ut optime desinit *Navar.* l. 1. *conf. in priori edit.* l.  
 31. *de offic. ordinaris, toto conf. 7. in posteriori, tit. de majorit. Et  
 obsidientia, toto conf. 6. atque ideo ait posse illum a synodo pro-  
 vinciali excommunicari.* Probatur quia ab Archiepiscopo ap-  
 pellatur ad ipsam synodum, tanquam ab inferiori a superio-  
 rem, ut tradunt *gl. fin. A collation. de appell. in 6. Hoff. c.  
 Grave in fin. de praebend. Cardin. Clem. 1. s. Quod etiam in  
 interditiis, n. 1. notab. 1. de sent. excom. Et ibi *Anchar.* n. 4.  
 not. 5. unde concludit *Navar.* non se habere Archiepiscopi  
 ad synodum provinciale, sicut se habere Pontifex ad con-  
 ciliium generale, vel Episcopus ad iudicium capitulum: sed ut  
 habet decanus capituli Ecclesiae cathedralis ad ipsum capitu-  
 lum. Quis est caput ipsius a quo effectum, ut ejus sit capituli  
 convocatio, & ibi tanquam praesidens habeat primam sedem,  
 non tamen est major, sed inferior toto capitulo. Sic Archiepiscopus  
 (inquit) est caput inferiori provinciali, in quantum est  
 ejus illam cogere, ac illi praeside habendo primam sedem. Non  
 tamen, quod fit major ea congregata, nec habeat parem iuri-  
 dictionem: sed est tantum simul iudex, & collega aliorum  
 Episcoporum, qui in ea congregantur. Non valet ergo dispen-  
 satio Archiepiscopi facta abque causa in eis decretis, utpote facta  
 ab inferiori in lege superioris. Secundo, quia Archiepiscopus  
 solus potestate caret condendi ita totam provinciam obligantia,  
 ut constat ex c. *Nullus primas* 9. q. 3. quod est ex  
 Ca-*

Calisto Papa, & c. *Sicut olim, de accus.* At decreta synodi provin-  
 cialis ita totam provinciam ligant. Non ergo a solo Archiepiscopo  
 dimanant: ac proinde nequit ipse abque causa valide in  
 eis dispensare. Quippe omnis res quae per qualemcumque causam  
 nascitur, per eadem dissolvitur. c. 8. de reg. juris. Et confir-  
 mat, quia Episcopus suffraganeos ibi interesse ut iudices ha-  
 bentes jus suffragii decivum colligit aperte ex d. c. *Sicut olim*,  
 ibi: *Ea fideliter perforant ad metropolitanam, & suffraganeos, ut  
 super his, & aliis prout utilitati, & honestati congruit, pro  
 videri deliberatione procedant, & quae statuerint, faciant obser-  
 vari.* Ecce qualiter non solum Archiepiscopus, sed suffraganeos  
 quoque auctores statutorum dicit textus: alias non diceret  
 in plurali, *Quae statuerint.* Idem etiam deducitur ex cap.  
*Grave* de praeb. ibi: *Per ipsum concilium suspendatur.* Quem  
 textum ponderat ibi *Imol.* n. 22. ad probandum requiri comen-  
 sum, nec sufficere consilium suffraganeorum. Quod etiam etiam  
 fident ibi *Hoff.* n. 8. Jo. Andr. n. 5. Card. n. 6. q. 6. Quod etiam  
 constat ex concilio Toletano. 4. ubi jubentur Episcopi subscribere  
 iis, quae communi deliberatione in concilio provinciali statu-  
 untur, & concilium Mediolanense. 4. in fine ponit ejus sub-  
 scriptionis normam sic: *Nos Carol. Archiep. Mediolani de consilio  
 & assensu Reverendissimorum Coepiscoporum nostrorum subscripsimus.*  
 Et statim subscribitur alii Episcopi. Nec obstat c. *Grave*  
 de praeb. ponderatum n. praec. contraria sententia, cum  
 ratione doctorum ibi allegata. Non enim intelligitur Archiepiscopus  
 esse vere superioris ea synodo, sed ejus caput: & ideo  
 eo ejus dignitatem reverentiam noluit is textus posse ejus deli-  
 ctum puniri a synodo. Et ita hanc rationem reddiderunt ibi  
 Ant. n. 17. Abb. n. 8. & hanc fuisse mentem eorum doctorum vel  
 ex eo constat, quia idem *Hoff.* n. 16. eam rationem reddidit,  
 quem alii sequuntur, statim in fin. cap. ait Archiepiscopus esse  
 inferiorem, & ab eo appellari ad synodum. Tandem quia ex-  
 presse nequit Archiepiscopus in his constitutionibus dispensare,  
 nec abolere ab excommunicatione in hac synodo lata  
 tuentur alii, quos tacito nomine refert *Archid.* c. 1. ad fin. d.  
 17. reprobata distinctione *Hoff.* c. *Grave*, n. 17. de praeb. Et  
*Anchar.* Clem. 1. n. 5. de sent. excom. & huic sententiae inhaerere  
 videntur ibi *Archid.* Et *Domin.* solum enim dissentient quoad  
 abolitionem ab excommunicatione. Cum enim ea lata a syno-  
 do provinciali sit, nec specialiter reservata, poterit ab ea  
 tanquam a jure lata absolvere quis parochus: juxta c. *Nuper*,  
 de sent. excom. nedom Archiepiscopi. Et ejusdem sententiae sunt  
*Anchar.* c. *Hoff.* proximi allegati. Ajunt enim non posse Ar-  
 chepiscopus dispensare in eis decretis, si ea formentur nomi-  
 ne synodi, dicendo: Nos synodus, sive nos Archiepiscopus: &  
 Episcopi in synodo congregati, vel nos Archiepiscopus de  
 consensu suffraganeorum in synodo congregatorum statimus.  
 Secus si in persona solius Archiepiscopi. Nam innotuit, quod  
 in priori casu sit constitutum synodi, at in posteriori solius Ar-  
 chepiscopi: Atque ita fatentur non posse Archiepiscopus quos  
 ties est synodi provincialis constitutum.

Hinc infero teneri Archiepiscopus tanquam inferiorem, &  
 Episcopus suffraganeos illi decretis quoad vim coactivam, nec  
 posse in illis dispensare, nisi sicut in lege Pontificia, in uno  
 vel altero causa ratione necessitatis, quod non fit recursus ad  
 Pontificem, nec tunc fit coacta synodus provincialis, ut ad il-  
 lam confugiat, nec refert esse recursum ad Archiepiscopus, nec  
 suffraganeos in suis decretis possint tunc in eo dispensare de-  
 creto. Tum quia Archiepiscopus non habet majorem in hoc  
 potestatem, quam suffraganei (ut n. praec. diximus. ) Tum etiam  
 quia in diceclani Episcopus superior non est nisi in causa  
 appellationsis. Et ideo extra appellationsis casum non posse  
 eum cum subditis suffraganeorum dispensare, tradant omnes  
 in tractatu de voto. Ex quibus omnibus constat dispensationem  
 Archiepiscopi, aut suffraganeorum, etiam simul cum illo,  
 nisi in synodo provinciali sint legitime congregati, abque  
 justa causa factam esse irritam. Quia dispensant in lege su-  
 perioris. Secus si synodus ipsa provincialis, vel alia synodus  
 similiter provincialis dispensaret. Quippe tunc valeret etiam  
 abque causa concessa dispensatio, tanquam facta in lege pro-  
 pria, aut aequalis praedecessoris.

DISPUTATIO XVIII.

An dispensatio a quocumque concessa in quavis lege, deficienti causa legitima, culpae obnoxia sit, in concedenti, petenti, acceptanti, eave utenti?

S U M M A R I U M.

Quando dispensatur abque causa in lege divina, aut superioris, est mortale, n. 1.  
 Quid, quando in propriis legibus. Refertur quaedam sent. n. 2.  
 Proponitur sententia Auctoris, 3.  
 An minor causa sufficiat ad dispensandum in jure humano, quam in divino, 4.  
 An existente justa causa teneatur praelatus dispensare: Et si neget possit ab eo appellari, Remissive, 5.  
 Qualis sit culpa, dispensare in propria lege abque causa. Refertur opinio, 6.  
 Proponitur Auctoris sententia, 7.  
 Qualis sit culpa in petenti, Et acceptanti, scienti deesse causam, 8.  
 Thom. Sanchez de Matrini. Tom. III.

Quid, si praelatus proponat causas, de quarum sufficientia dubitatur, 9.  
 An utens dispensatione sine causa concessa peccet. Refertur opinio, 10.  
 Explicatur sententia Auctoris, II.  
 Quale sit hoc peccatum, 12.  
 An in casu quo abque causa dispensatur, teneatur exequi quod lex jubet, 13.  
 Satisfit argumentis. Et explicatur cap. Cum nostri, de concess. praeb. num. 14.

Disputatio superiori actum est de valore dispensationis abque causa concessa: haec tractat de eius honestate, tam in concedenti, quam in petenti, acceptanti, eave utenti. Et quidem si de dispensatione in lege divina, aut cujuscumque superioris loquamur, nemo dubitat reum esse culpae lethalis petentem, acceptantem, utentem, concedentem: nisi materiae levitas excuset a tanta culpa. Quod ea dispensatio irrita sit (ut diximus disp. praeced. n. 3. & 4.) ac proinde a legis transgressione non excusat.

Difficultas autem versatur, quando in propriis legibus est dispensatio. Et incipiendo ab iplo dispensante, quidam censent ipsum si Principes supremus sit, posse in eis ad libitum dispensare: & solum suam voluntatem esse sufficientem dispensandi rationem. Ducuntur, quia sicut sola Principis voluntas fuit causa inducenda obligationis, ita ea sola obligationis tollendae sufficiens causa erit. Condentis enim jus est illud delstruere. Nec principes suis legibus astringunt, l. *Digna vox, C. de legibus*, & res facile ad pristinam suam naturam redit, l. *Si unus, S. Pañia, ff. de pactis*. Et consir. quia dominus rem suam libere expendere potest. Cum ergo Principes, utpote sua voluntatis dominus, habeat quasi dominium legis ab ipsa profecta, videtur nulla alia causa desiderari: ut in ea cum aliquo dispenset. Secundo, quia potest Principes nutu suo vel ex parte vel ex toto devovere legem. Tertio ita constat ex c. *Cum nostri, vers. Non vero de concess. praeb. ibi: Mandamus quatenus nisi praedictus Episcopus sufficienter ostenderit, quod vel ex indulgentia Sedis Apostolicae specialis, vel ex alia justa causa praepositura sibi concessa fuerit, ipsum ad resignationem ipsius compellat.* Ubi indulgentia Pontificis comparatur justae causae. Dicitur enim disjunctiva, Vel ponitur necessario inter diversa, ut notant DD. l. *Si quis, in pr. ff. de rebus dubiis*, & probatur ex l. *Haec verba ille, aut ille, ff. de verb. sign. Quarto, quia si causa desideraretur, non videretur tunc Principes dispensare, sed obligatio legis extingui cessante ejus causa. Et consir. quia alia dispensatio non tam videtur legis relaxatio, quam declaratio quae iam cessationis legis in hoc eventu. Tandem quia passim concedit Pontifex dispensationes matrimonialis in gradu non multum propinquo abque causa. Et ideo hanc partem sustinet *gl. Religati, 4. in fin. de penis, Et ibi Bar. n. 4. Specul. tit. de legat. s. Nunc ostendendum est, n. 5. & melius, 1. de dispensat. s. Nunc breviter dicendum est, n. 5. vers. Et nota Inno. c. Cum ad monasterium, nu. 3. c. 4. de statu monach. Et ibi Jo. And. nult. Ant. n. fin. Hoff. n. 13. fin. *Anch.* n. 25. *Henric.* n. 16. *Card.* ibi sult. nu. 5. *Abb.* c. *Diversi, n. 3. de cler. conjug. Et c. 2. n. 4. de schism. Idem Jo. And. c. Magne, n. 5. de voto, Et ibi Henric. n. 3. idem Ant. c. 1. colul. num. 20. de consir. Et ibi Imol. n. 16. vers. Et ex dictis patet, Et ibi Fel. fallent. 4. ampliat. n. 23. Et c. ad audient. l. 2. n. 4. de refer. Bald. l. refer. n. 12. C. de precib. imperatoris offer. Decius in c. Quis in Ecclesia. in in nova edit. nu. 113. de consir. c. Cum in cunctis, s. Infractor, n. 17. de elec. *Gygas* de personib. q. 6. n. 13. *Turrec. c. Singula, ar. 4. fin. n. 14. d. 89. Hippolyt. singulari, 599. Bermonius de publ. concubine, s. Statuimus, ar. 28. Ang. v. Dispensatio, n. 3. Rosel. ibi, n. 6. Sylo. q. 3. n. 5. Armil. n. 14. Rosal. alios referens episcopus successorum c. 23. n. 12. *Mitchaca* l. 1. q. 11. l. 2. n. 9. Et n. 16. limitans quando est dispensatio ex gratia, & non ex iustitia concedenda. *Mench.* de arbitrar. l. 2. centur. 5. casu 421. n. 19. *Borghus* de irreg. p. 7. cult. n. 16. 17. 18. *Bruron.* in suo compend. lit. P. vers. Papa dispensare potest. *Mandofius* praxi signaturae, ver. Dispensationes, vers. Papa dispensare potest. Et ex Theol. *Paul.* d. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. concl. 3. n. 40. *Avaras Pelag.* l. 1. de planctu Eccl. ar. 46. lit. G. *Stronica* de voto q. 6. nu. 110. 30. & addunt *Felin.* c. ad audientiam, n. 4. *Gygas* d. n. 13. *Borghus* d. n. 18. *Stronica* d. n. 130. eum cum quo licet abque causa dispensatur esse etiam tutum quoad Deum: & non tantum quando omnino aboletur, sed etiam quando stante lege dispensatur in ea cum aliquo. Quia Innocentius proxime allegatus, quem ceteri sequuntur, loquitur expresse de dispensatione, & indistincte. Unde (ait *Felin.*) non est cur ad forum externum ejus sententia restringatur. Et quamvis ibi Doctores de inferiori, ut de Episcopo circa suas leges dispensanti, minime loquantur: at idem teneatur dicere. Quia rationes allatae in eo etiam militent. Cum ea leges ex sola ejus voluntate dimanant.****

At dicendum est, quomodo quocumque legislatorem, estis supremus 3  
 Principes sit, reum esse culpae, dispensando cum aliquibus abque causa legitima in propriis legibus. Ducor, quod violat jus naturae dictans partem suo tori congruere debere, excipit violat temere, & imprudenter aliquos per dispensationem. Et confirm. quod offendat aequalitatem, quam iustitia erga omnes servari petit, c. *Solum est, d. 9.* Secundo quia est actus rationi difsonus, & offensionis animam ceteris subditis iure optimo praebens. Et consir. quia potestas data est in adificationem, non in destructionem. 2. *Corin.* 10. Quare talis dispensatio est potius dissipatio censenda.